
FR. ZAMBECHARII ELEGIARVM LIBER—BONONIAE, 1497
M
6
24







VII

Franc. ZAMBECCARI
Epistol.
Bonon. 1497.

Elegiarum lib
amoribus Chr
7 Phylochrisi.



Ex Bibliotheca Caroli Thomae Strozza Senatoris Alexandri
filij 1720

[...]LVSTRISSIMV PR[...]
[...] FORLIVII DOMINV DOMIN[...]
IVM PINVM ORDELAPHV FRAN
CISCI ZAMBECHARII EQVIS ET
POETAE LAVREATI PREFATIO: IN
QVASDAM DE PHILOCHRYSI ET
CHRYSEAE AMORIBVS ELEGIA.

m AXIME VELLEM PRINceps illustrissime ut ea mihi & ingenii: & doctrinæ facultas esset: quæ dignum aliquid præstantia tua præstare posset: Cæterum ita mihi forte cõtigit: ut longo interuallo meritis tuis par esse nõ possim: qũm enim perscrutatione prosequor splendidissima celsitudinis tuæ merita: nimirum te non mõ nobilissimi generis tui: non modo patriæ: sed rei militaris clarissimum quoddam iubar: ac lucidissimum sidus esse iure mihi persuadeo: fere & enim in prima iuuẽtute inuictissimus comes Iacobus picininus heros ille mauortius nominis tui celebritate impulsus consilio atq; opera tua in maximis difficillimisq; rebus usus est: apud quẽ tanta uirtutis tuæ monumen

eliq[illegible] [illegible]riſti ſpon[illegible] eccle[illegible]ia te[illegible]
r[illegible]in optau[illegible] [illegible]nc amplii[illegible]mus [illegible]natus Ve[illegible]
[illegible]ni ſtudi[illegible] [illegible]tuq; elaborauit numeroſi exercitus [illegible]
[illegible] [illegible]e. Vnde niſi tua ſponte digreſſus fuiſſes
ampliſſima p̄mia cōſecuturus fueras. Nunc uero fœ
liciſſimo atq; glorioſiſſimo duci mediolani adeo ca
rus optatuſq; es: ut ipſe ſibi gratior eſſe non uideat̃.
Ad hæc accedūt alia q̄ plurima: quæ te profecto ſup
aſtra euehunt: nam qua diligentia / qua caritate / qua
liberalitate / urbis tuæ mœnia errexiſti? Quanto p̄te
rea ingenio arcem conſtituendam curaſti munitiſſi
mam? Cuius ope ac clypeo ciues tui oīa bellicæ cla
dis pericula aſpernari facillime poſſūt: Quomq; re
ligione Numam pompilium ſuperes: id quod diui
Hieronymi templū: cuius auctor fuiſti: haud obſcu
re præ ſe fert: Certe: quod Ariſtidi cōtigiſſe legimus
tibi conuenientiſſimū foret: ut iuſtus agnomine dice
reris: Sed quom cæteris uirtutibus alios longo inter
uallo poſt te relinquas / certe humanitate / clæmētia /
liberalitate / gratitudine / ſuperare te ipſum uideris: q̄
omnia conſideratione complexus: diu / ac multū co
gitaui / an quaſdam de philochryſi atq; chryſeæ amo
ribus elegias celſitudini tuæ exigui muneris loco da
rem: quas inter maximas occupationes / pauciſſimo
rum dierum ſpatio: ludens compoſui: non quia non

di [illegible] .ummæ fœlicitati res meas non [illegible] u[illegible]
pot[illegible] numini tuo esse dicatas : Verum quia [illegible]erere
non esse munusculum hoc meũ meritis par tuis am/
plissimis. Cæterum quom animo occurrissent maio/
rum nostroꝝ exempla q̃ plurima : Qui ad grauissi/
[illegible]nos philosophos/ & amplissimos tum imperatores
tum reges nõ erubuerunt/his meis elegiis / multo la
sciuiora poemata scribere : Tandem proposita mihi
nonnulla spe munusculum hoc meum/ quãlibet exi
guũ illustrissimæ dominationi tuæ nõ ingratissimũ
fore:hoc opusculum tibi dedicare constitui. Animi
igitur promptitudine/atqꝫ deuotione perspecta/ ac/
cipias/uelim/has meas qualescunqꝫ musas clemen/
ti gratoqꝫ animo. Porro si ingenii mei industria te
delectatum cognouero:res abs te p̃clare gestas car/
mine meo illustrare contendam : Simul autem cum
opusculo hoc meo/me quãuis exiguum seruulũ cel/
situdini tuæ offero atqꝫ dono do.

Raelaphæ splendor p̄claraq;
O decus/o/patriæ lumen/honosq;
Salue belligeros inter clarissime princeps:
Qui potes herculea maxima quæq; manu:
Qui mauorte satus ualidis & uiribus esse
Ingenio:& magno crederis hercle animo.
Nam neq; pellides nec me duce troius hector
Aequabit laudes inclite pine tuas.
Nec te sylla magis ualidis laudatus in armis:
Nec marius fuerit:quos sua sæcla canunt:
Nec scipio ille potens romanæ gloria gentis:
Nec par sit meritis annibal ipse tuis:
Sed neq; alexander: nec cæsar iulius unq̄
Iudice me pino clarior esse potest:
Quod si fata sinent/& mitia sydera longos
Te decus italiæ uiuere posse dies:
Qui nunc es fama toto notissimus orbe:
Imperio subdes maxima regna tuo
(Crede mihi) uates olim dixere poetas:
Quorum cinxerunt laurea serta caput.
Hoc ego nimirum princeps diuine futurum
Nuntio: si uati est uerus apollo deus
Tempus erit claras qum multa poemata laudes
Dicent:cum phœbo thespiadūq; choro
Tempus erit chartis tua qum preconia multis

I[illegible]ount:omnes qum tua geſta canent
Alter æneas:& fies alter achilles
Qui tua facta canat alter homerus erit
Non unus fuerit maro:tu tamen omnibus hercle
Vatibus ipſe ſatis (ſis licet unus) eris
Inter & extremos numerabor deniq; uates:
Nomen & extollet noſtra thalia tuum
Tu tamen interea quodcunq; eſt accipe munus:
Accipe deuota carmina ſcripta manu
Accipe chryſeæ & philochryſi mitis amores
Accipe iam uultu munera parua pio.
Qumq; graues animo curabis pellere curas:
Tunc noſtros elegos inclyte pine legas.
Illic inuenies qualem gerat alliger archum,
Ille puer:uibret qualia tela furens.
Illic inuenies qua falli fœmina poſſit
Arte:quibus laqueis ſit tetinenda tibi
Illic inuenies falſæ periuria linguæ:
Et contempta illic numina magna deum:
Illic inuenies q̃ caſtis fœmina uerbis
Contegat ardores cautior illa ſuos
Illic inuenies ſermonis munera grata
Quo magnas uires ſuſcipit ignis edax
Illic inuenies uarium & mutabile numen
Fortunæ:in lachrymas gaudia uerſa graues

Illic inuenies crudelia uulnera cordis
Q uæ dat ſuſpicio dura inimica boni.
Illic innenies triſtiſſima iurgia: minas:
Bellaqꝫ non ſolitis ſanguinolenta modis.
Illic inuenies redeat q̃ pronus amator:
Q um fundit minimas mollis amica preces.
Illic inuenies multos uarioſqꝫ dolores:
Q ui miſeros lacerant dilaniantqꝫ animos.
Dum iubet ex oculis miſerum diſcedere amantem:
Gratis: dum quiſq̃ gaudia tanta rapit.
Illic inuenies muliebres ſcilicet iras:
Q uas læſæ gaudent continuiſſe animo.
Illic inuenies crudelia funera tandem:
Q uæ præbet miſeris heu peracerbus amor.
Et quicquid citherea mali ſæuiſſima tradit:
Dum libeat ſemper noſtra thalia canet.
Ergo legas placido princeps clariſſime uultu:
Q uæ uenit ante tuos iam mea muſa pedes.
Q umqꝫ leges noſtros captato tempore uerſus:
Diue precor ſerui ſis memor uſqꝫ tui:
Q ui teneas magna noſtra hæc præcordia dextra:
Cui ſis ac fueris tempus in omne deus.·.

R ∣CISCI ZAMBECHARII EQVI ∣TIS ∣T POETAE LAVREATI EPI STOLAE DE AMORE PHILOCHRY SI ET CHRYSEAE ET IN HAC PRI MA EPISTOLA DECLARATVR PRIN CIPIVM AMORIS PHILOCHRYSI ROGATVRQVE CHRYSEA: VT A MORI COLLA SVMMITTAT.

Philochrysus Chryseæ.

T SOLET IRATI CON
strictus ab ungue leonis
Quam cupit infœlix dissimulare
fugam
Scilicet indomitum quærens lenire
furorem:
Dum supplex uictas porrigit ultro manus
Ast ubi deposita tandem formidine quærit
Effugere: hunc rapido diripit ungue leo:
Sic chrysæa meum rapuit uenus impia pectus
Strinxeruntq; meas uincula dura manus.
Dumq; mea insueto terebrantur pectora telo
Desine iam dixi desine diua precor
Non ego diua tuum lesi pulcherrima nūmen:

Tela/cupidineas & sequar usq; faces.
Sic fatus letale pmens sub pectore uulnus
Vix paucos potui dissimulare dies.
Inde ubi uisa uenus falsis confidere uerbis:
Eripui audaci pectore tela manu.
Nulla mihi rebar discrimina posse nocere
Grata puella mihi/nec puer ullus erat:
Atq; cupidineas fraudes uenerisq; uenenum
Ridebam ueteris imemor ipse mali:
Tum uenus alligerum telis pharetraq; superbū
Alloquitur natum tristia dicta ferens.
Vt fuerit quōdam mea magna potentia nosti:
Et tua q̄ fuerint tela tremenda tenes.
Linquere sidereos q̄ maxima numina cœlos
Iussimus:inq; humili fecimus esse solo.
Plectro olim posito/qui mundū lumine donat:
Te duce thessalicos egit apollo boues
Adde q̄ omnipotens hominum rex atq; deoꝝ
Sæpe dedit uictas iuppiter ipse manus.
Atq nullus erit:nobis qui ponat honores
Præterea:& cœlo numina nostra cadent.
Est &.n.imperium qui gaudet spernere nostrū:
Est tua qui temnit tela/facesq; meas:
Securus philochrysus amat ridere pcantes/
Poscentesq; pia numina nostra prece.

Quare age nate tuis cœlo delabere pennis:
  Inq; hominem sæui qua potes arte precor
Hæc ubi dicta: uolat celeri uelocior euro,
  Tela manu gestans in mea damna duo
Dumq; furens notas obseruat peruigil ædes:
  Quæ me sæua petant aurea tela parat.
Ecce autem longus miserum me deniq; somnus
  Deserit: & molli cogit abire toro.
Inde ubi tempus adest mensis, dapibusq; paratis
  Accumbo: & lautus sũmitur ore cibus:
Tum demum egredior gratos uisurus amicos:
  Vt longum amoueant ocia blanda diem.
Ast amor intento ualidis tum uiribus arcu
  Disce inquit uires iam philochryse meas.
Aurea nãq; tuum ferient nunc spicula pectus
  Præterea in nostras non reditura manus
Tela petent niũeum chryseæ plumbea pectus
  Quæ te quæ uultus sit fugitura tuos:
Dixit & a ualido dimissa sagitta lacerto,
  Letiferum cordi uulnus onusq; dedit:
Addidit & nota custodes calidus arte:
  Ne tantum medica uulnus abiret ope.
Obseruant miseri postes suspiria cordis,
  Curæq; & gemitus nec sine uoce dolor.
Hic pallor maciesq; sedet semperq; fluentes

Hic lachrimæ: hic mortis irrequietus amor.
Hinc mihi nulla quies nullus mea pectora somnus
Mulcet: & exiguus carpitur ore cibus.
Sola places misero uirgo pulcherrima cordi;
Teq; mihi solam noxq; diesq; refert.
Chriseæ nomen fuluo mihi charius auro:
Dum uigilo semper sedula lingua uocat.
At qum difficilis tandem mea membra resoluit
Somnus: te lachrimans aurea nimpha uoco.
Q uoq; tua peream uirgo pulcherrima forma:
Mens est ante tuos procubuisse pedes
Et miseras efferre pces quas pectore in imo
Iampridem scriptas promere iussit amor:
Hoc chrysæa uelim phœbo tibi clarius esse:
Q d' mihi tu uita es charior ipsa mea.
Anteq; scylla rapax pelagi formido sicani
Edere latratus desinet atra canum:
Altera q̄ rapiat misero mihi fœmina pectus:
Pulchra licet fuerit q̄ citherea magis.
V sq; adeo ualidis retines mea corda cathenis.
Dūtaxatq; tuum cogor ad imperium.
Et quocunq; meos contingit uertere gressus
Te solam passim lumina nostra uident.
Aut si quis roseo de te gratissimus ore.
Eloquitur uultus & mea corda tenet

quis miseri forsan contemptor amoris
Me uidet insano cogitat esse animo
Sensurus peiorq; meos si sciret amores
Q d' me diua tui numinis urit amor.
Quō dea sis forma uenerem/sed pallada uincens
Ingenio: nitar ipse placere tibi.
At superi quos nulla hominū mendacia fallunt/
Norunt me uires consuluisse meas:
An perferre oneris tantum mea pectora possent
Anq; esses humili tu dea digna uiro:
Indignusq; tuis meritis imparq; uidebar:
Contempsiq; animi grandia iussa mei.
Sed quia non ratio metuendos gignit amores:
Nec metuit leges alliger ille deus:
Qui uenit ex casu/quem suadet & ipsa uoluptas?
Sæpe & ab inuitis est tolerandus amor.
Talis corripuit certe mea pectora flāma/
Imposuitq; meis uiribus impar onus.
Inde/uel inuitum torques pulcherrima pectus
Diua tenes laqueo pectora nostra tuo.
At tibi qd' nostræ nequeunt promittere laudes:
Præstabit pura/atq; inuiolata fides
Unica curarum nutrix hospesq; mearum:
Ipse tui custos semper honoris ero.
Hinc fluxere mei parcissima signa doloris:

Vt uideas flãmas parcius ipsa meas.
Nil mihi dulce tñ sine te: mihi sola uolupta
Tu mihi delitiæ, tu mihi dulce bonum.
Et formæ chrysea tuæ par femina nulla
Ingenioq; tuo iudice me fuerit.
Nec latona graues, magnæ perpessa furores.
Iunonis ualeat se tibi ferre parem
Q uæq; iouis felix humeros onerauit amicos
Inuideat meritis nympha decora tuis
Q uare supplicibus quæso tua numina uotis:
Vnica spes cordis solaq; uita mei.
Nympha precor miserere mei: qui numen adoro:
Et miseris lachrymis prosequor usq; tunm.
Viuit in ardenti fretus te spiritus igne:
Expectatq; piæ munera magna manus:
Ergo age nympha precor tãtos auerte dolores:
Q uodq; pium est serui iam miserere tui.
Vtq; amor ipse mori miserum me maxinus urget:
Sic tua me pietas uiuere magna sinat.
Atq humiles si forte preces tua numina spernant:
Me miser in toto non erit orbe magis.
At simul ipsa necis dederis durissima causam:
Nolueris tanti causa fuisse mali.
Atq; piis lachrymis crudelia funera flebis
Et dices iussi te philochryse mori.

[illegible]montem quæres mihi reddere ũitam
Idq; tibi magni cauſa doloris erit:

Chryſea Philochryſo.

Hac epiſtola ſuadet Chryſea Philochryſo: ne turpi amore ſe corripi ſinat; ſed honeſte caſteq; tantũmodo amet

Cilicet afflicta digeſtas mente tabellas:
ſ Et legi lachrymis carmina plena tuis.
Sed quæ cauſa tuũ fœdauerit impia uultũ
Neſcio ſplendidior quo neq; phœbus erat.
Nec ueſtigandi quæ tanti cauſa doloris,
Impetus eſt animo iam philochryſe meo.
Ne quod ab ignito ſtultis contingere ferro
Aſſolet: hoc cura porrigat iſta malum:
Dum cauſas miſeri cupio temptare caloris
Ne flãmis uras pectora noſtra tuis.
Quid iuuat iſte dolor? quid tanta inſania confert?
Quid prodeſt tantis te macerare malis?
Quid mihi ut imẽſum reddas philochryſe dolorẽ:
Vtq; tuum foueas neſcius ipſe malum.
Hæc iactura mea eſt, noſtriq; miſerrima ſexus:
Vt ſit uel paruis lachryma mixta malis.
Impius ille quidem qui duro colla capiſtro

Continet:& seruum te iubet esse sibi:
Cuius & ipse cito sequeris uestigia gressu.
(Crede mihi) fallax est philochryse deus.
Occupat ille ferox rationis iura locumq;
Nec sinit ingenio uiuere quéq; suo.
Heu quo/quo te blandus agit philochryse cupido?
Heu quo te miserum uerbula blanda trahunt?
Non decet hoc studio ꝙ tanto quæris amice.
An nescis quæso qd' petis esse nephas?
Nam qd' utriq; paret certe si quæris honorem:
Diffugias cunctis qd' petis ipse modis.
Hoc satis esse tibi debet satis atq; uideri:
Qd' tuus est certe non mihi uilis amor:
Dum nil turpe petas:dum nullo crimine famam
Nostram oneres:noster dum sit honestus amor.
Qd' mihi si grato tandem promiseris ore:
Nullo modo noster tempore deerit amor.
Ipse sed iratæ sentires uulnera linguæ:
Et quid femineus posset amice furor:
Si faceres/multum quo gaudet uilis amator:
Vt peteres casto non placitura animo:
Ergo cupidineasq; faces/sæuumq; furorem
Comprime/& optatis disce carere malis.
Tuq; audax obsiste hosti:qui prælia prima
Vicerit:ille minus tela secunda timet:

Philochrysus Chryseæ.

Hac epistola amoris uehementia se moriturum philochrysus ostendit nisi Chrysea minorat rogatq; fieri sibi cum ea loquendi potestatem.

f Oelix diua magis fuerã(mihi crede)futur9
Vnica spes uitæ subsidiumq; meæ
Si me infœlici nunquam gestasset in aluo
Mater:siue illi iuno negasset opem:
Aut si qum genitus fueram:me fata tulissent:
Vltimus ut fieret primus idemq; dies.
Nec mihi q̃ fuerat cadmeis dentibus olim:
Fouisset uitam longior hora meam:
Filaq; cœpisset lachesis/rupisset & uno
Tempore:uenissent uitaq; morsq; simul.
Nam neq; me tanto præmeret fortuna labore
Nec gemerent tantis pectora nostra malis:
Hei mihi dum læti labuntur molliter anni:
Inuidia delitiis fata fuere meis:
Nec satis est duro ꝙ nunc seruire tirãno
Cogor:ni fias impia & ipsa mihi.
At tibi si miserum donaui donoq; pectus:
Si domina es cordis morsq;/salusq; mei:
Cur chrysea fidem fidum/cur spernis amorem?
Nec flectis meritis ferrea corda meis?

Si fraus nulla tibi nostra prætenditur arte:
Cur me marmoribus durior ipsa necas?
Cur te non flectunt lachrymæ gemitusq; frequẽtes:
Nec quæ suspirans languida uerba loquor?
Pacem oro uirgo/pacem miserere precantis:
Vitam sæpe capit hostis ab hoste prece.
Et si forte meo gaudes durissima casu:
Si mea mors animo est grata futura tuo
Hoc abste misero saltem donetur amanti:
Da mortem & mortis da mihi queso genus.
Eripe me læto tantis ecladibus oro.
Mors misera uita gratior esse solet.
Quicquid.n.chrysea tibi mea flãma placebit:
Non animum poterit lædere diua meum.
Sic mea traiecit/quondam qđ pectora telum:
Imperat:imperium:subsequar ipse tuum.
Vtq; hominum diuumq; ignes tua forma meretur/
Quæ mihi ue misero funera sæua dabit:
Sic tua non possit grauis indignatio flãmas
Pectore flagranti dissoluisse meo.
Ac ueluti rapidum si quis facto agere flumen
Non sinat in uariis spargere membra uiis
Augetur maiore furens & fluctuat æstu
Secum multa trahens/& sine lege fluit:
Non aliter quum diua meo te opponis omori/

Augenturq; ira uulnera nostra tua.
Vror: at ipsa faces sæuis ardoribus addis:
Dum chrysea ignes reprimis arte meos.
Quare per miseros supplex te queso dolores:
Perq; ignem nostra qui coquit ossa precor:
Ignare chrysea meæ miserere iuuentæ:
Teq; mei pigeat nympha decora mali.
Me miserum miserare precor quem uita relinquit
Vt nix a calido sole soluta fugit.
Nil nisi te semper flagranti pectore uoluo:
Omnis.& in uultũ stat mea cura tuo.
Atqui si te nulla mihi clementia flectat:
Heu didon læto subsequar ipse meo.
Vtq; illi miseræ fatalem tradidit ensem
Troius æneas sic mihi tela dabis.
Et quoniã maiora mei sunt uulnera cordis:
Littera quã ut possit maxima quæq; loqui:
Suppliciter geminas tendens & in æchera palmas.
Nunc tua iam moriens numina magna precor:
Ignes ut liceat coram mihi dicere sæuos:
Qui crutiant pectus dilaniantq; meum.
Qđ si ꝑ magno factura es munere: quæso:
Nunciet hoc digitis charta notata tuis.
At duce te compos si tanti euasero uoti:
Exurgent dono languida membra tuo.

Quicq; paratus erat miserum iam linquere corpus:
Spiritus incipiet mitior esse mihi.
Ast equidem si dura meo luctabere uoto:
Immatura mihi funera sponte dabo.
Vt tandem infœlix/animus/fessusq; quiescat:
Dum poterit curas destituisse graues.

Chrysea Philochryso.

Hac epistola d̄clarat Chrysea Philochryso se quæ-
q; cupidinis exuri facibus & se ei cleméter fore polli
cetur dū̃modo offeratur occasio tp̄is.

n I mi[?] philochryse meo charissime cordi
Agnosco flā̃mas dulcis amice tuas: (nus
Quocq; magis lā̃gues maiusq; ī pector̄ uul-
Insidet:hoc possum consulere ipsa minus
Ac ueluti qum larga cadit de montibus unda:
Dum parat inferius occuluisse solum:
Exigui lapides tenui celantur arena:
Sed magis hoc multo marmora magna patent
Quo maiore tuum dicendi flumine quæro
Pectus ab incœptis posse mouere tuis
Tanto amor infœlix maiores hercule uires
Suscipit ingeminans uulnera sæua manu
Id non ergo tuum lateat charissime pectus
Dilectum esse mea te mihi luce magis.

Nec me adeo sæuam/nec tam me crede scelestam:
　Vt cupiam mortis causa fuisse tuæ.
Atq si tantum sceleris crudelia fata
　Permittant:mortis sim comes ipsa tuæ:
Quid mihi mortalis possit concedere uita:
　Quæ sit crudeli funere mæsta tuo?
Dum uidet halcyone dilecti membra mariti
　Frigida:qui sæuis obrutus esset aquis.
Viuam inquit cæyx tua post crudelia fata?
　Ipsa tuas umbras chare marite sequar.
Dixit:& horrisonas se se deiecit inundas/
　Funera dilecti sponte secuta uiri.
Non aliter laniata comas/lachrimansq; gemensq;
　Officio sequerer te philochryse pio.
Nec quicq̄ sic esse tuum philochryse putato:
　Vt non sim multo iam magis ipsa tua.
Nam qđ uisa pio fuerim crudelis amori:
　Non est durities insimulanda mea.
Quippe tuos ignes noram sæuumq; furorem:
　Et quæ te cogunt tela cruenta mori:
Sed uetuit deus esse piam/qui cogit amare
　Et dederat cordi plumbea tela meo.
Idem crædo tuis lachrimis impulsus/amare
　Imperat/utq; tuis obsequar imperiis
At tu ne properes/tantis:sed cōmoda rebus

Tempora sunt animo concipienda tuo.
Expectat: gressusq; tenet quandoq; uiator:
Dum tumet insolitis turbidus amnis aquis.
Sic reprimenda reor subeuntis uota furoris.
Quom sint hæc miris impetuosa modis.
Insanum subiisse reor discrimina famæ:
At tutum est capta quærere magna die.
Qđ non est hodie poterit cras forte parari
Fœlix qui proprio tempore cuncta facit.

Philochrysus Chryseæ.

Hac epistola supplex orat Philochrysus ne differat Chrysæa uoluntati suæ morē gerere qñquidē si longior mora fiat/aut mortuus est/aut in remotissimas terras profecturus.

q Vm misero chrysea meos ꝑtracto dolores
Pectore: & afflictus dū mea dāna fleo.
Ardores dū cerno meos: qbꝫ ipa repugnas
Me nihil est miserum prorsus in orbe magis.
Nam tu nec lachrymis/ꝓcibus nec flecteris ullis:
Nec te fidus amor nec mala tanta mouent:
Nec credis mortemq; ferox certamq; salutem
Ah misero cordi te dare posse meo.
Quodq; ex te pendet miseræ spes unica uitæ:
Sint licet: hæc phœbo lucidiora magis.

Semper & ardentes nitens extinguere flāmas
 Impia contemnis uota precesq; meas:
Et rata non ueras/imo de pectore uoces
 Quæ ueniunt nullum pondus habere sinis.
At non fictus amor duro mea pectora telo
 Traiecit nimium sed mihi uerus erat.
Qū primum chrysea tuos mihi cernere uultus
 Contigit:& placuit qum tua forma mihi:
Qū primum stupido sanguis diffugit ab ore
 Qum morti similis pallor in ore fuit:
Tunc chrysea meum cœpit pulcherrima pectus
 Frons tua uel magnis apta placere deis.
Dicere quā possis nullo renuente palæstram:
 Vnde heu nullus amans uictor abire potest:
Atq; supercilium clarum decus addere fronti:
 Qd' tibi tunc nulla fecerat arte manus.
Crediderim hoc ualidum certūq; cupidinis arcum
 Esse/q; incassum non sua tela iacit.
Quæ duo sunt imp̄ssa tuæ clarissime fronti
 Sidera tam miseri causa fuere mali:
His suberat gracilis/uultus: laus altera nasus:
 Hic erit alligeri nempe pharetra dei.
Iudice me fuerint oculi centissima tela:
 Vincere quæ possint fulmina magna iouis.
Oscula quid memorē niueo plenissima dente?

Oſcula purpureis anteferenda roſis.
Porro quas fœlix oriens ſolet edere gēmas
Non æquent dentes nimpha decora tuos
Paruum aderat mentum: ſplendebant cādida colla
Multaq; præterea lingua pudica ſilet.
Hæc ego tum ſtupido miratus pectore/ſenſi
Veniſſe in laqueos iam mea corda tuos.
Nec ſecus eurydicē latirans extinguere ſerpens.
Et potuit campos mittere ad elyſios.
Quā tua forma tibi potuit me reddere ſeruum:
Atq; oculis in me tela remiſſa tuis
Talia conſpectu fieri quis credere poſſit
Primo? quis tantum mente reuoluat opus?
Qui uiſam ſemel egregiam non linquere formam
Poſſe putet? non tamen ipſe queo.
Vt uidi/perii: dura mea corda cathena
Nimpha tenes in te eſt uitaq; morſq; mea:
Vtq; mihi eſt cunctis crudelior ipſe cupido:
Sic cæpit lege pectora mæſta noua.
At ſi tam magno iuuenis ſeruire tyranno
Cogor: & inſolito carpor ab igne miſer
Quis damnet miſeros aliqñ expertus amores?
Qui nōnunq̄ urunt frigida membra ſenis.
Impius iſte deus pharetraq; inſignis & arcu/
Fulminis autorem iuſſit amare ſenem.

Ignibus his calcat quo frigida saepe senectus:
Si parent tanto numina magna deo:
Quis chrysea meos durus reprehendat amores?
Quem tanti haud moueat tristis imago mali?
Quod si poscit amor nostrum sibi subdere pectus:
Te dignam tanto tradidit igne mihi:
Tradidit hei misero mihi non patienter amandam:
Et quae sis mortis causa futura meae.
Lasciui ut fuerim semper contemptor amoris:
Me sibi deuinctum iam tua forma tenet.
Quem fugi totiens humilis parere tyranno
Incipio: & miles iam noua castra sequor.
At tu nitigrides uincis saeuosq; leones:
Reddas heu fidei praemia iusta meae:
Nam simul est obiecta oculis tua splendida forma
Dixi nympha nitens tu mihi numen eris:
Te sequar: infernas, si cogam tendere ad umbras.
Et nosti fuerit, quam mea sancta fides.
Et licet a tanto magnum mihi munus amari
Numine sit: misero non satis esse puta:
At nisi colloquio liceat monstrare dolores:
Qui miseris angunt pectora nostra modis.
Destituet miseros infoelix spiritus artus:
Nec poterit uita longior esse mea.
Crescit in imensum, paruum lethaleq; uulnus

Fit: cui non curat docta fauere manus.
Et noua curantur melius/ leuiusq; uetustis
Vulnera: me tarda perdere quæris ope.
Hoc uotum/ hæc ardens misero mihi semp inheret
Cura/ tuos oculos cernere posse meis.
Et casus memorare meos/ durosq; labores:
Et capere optatos aure uolente sonos
Ah subeat niueum pietas mitissima pectus:
Propositum liceat flectere posse tuum.
Si pietas quam poscit amor/ mea flãma requirit:
Hei misero fuerit forte negata mihi:
Non satis ad meritas fueris durissima pœnas:
Quas statuent iusti tempus in omne dei.
Et quia crudelis fidum contemnis amorem:
Nec pietas ulla est: quæ mala tanta leuet:
Si mihi non dabitur postremam cernere lucem:
Si dabit in tantis uiuere parca malis.
Scilicet ad gangem/ libycasue appellar ad oras
Vel quo me miserum non pia fata trahent
Ibo sed patriam nunq̃ redditurus in urbem:
Ibo nec uultus inde uidebo tuos
Non ubi sit philochrysus: erit qui dicere possit:
Hæc tu ni faueas nempe futura scias.

Chrysea Philochryso.

Admonet hac epistola Philochrysum amore iam ardens Chrysea, qua hora domum ingrediatur benignas illi aures offerens.

q Vod miserum philochryse tuum sit carmine pectus
Et didici cordis uulnera saeua tui.
Spirat ab auratis in te ualidissima pennis
Aura: cupidinea fulmina missa manu.
Cogeris & castum summittere pectus amori:
Cogeris immenso subdere colla deo:
Saeuior irata uidear philochryse leaena:
Continuo uotum ni sequar ipsa tuum
Et mora nulla mihi possit iam tuta uideri:
Quo uideam flammas dulcis amice tuas
Non bene flagrantes quisque defenderit aedes:
Qui tulerit tardas non bene cautus aquas.
Sed fortuna ferox, rebusque inimica secundis:
Dat curas animo iam philochryse graues:
Nam uereor ne saeua meos diuulget amores
Ne fiam uulgo fabula nota nimis.
Mobilis illa facit, miseros, eademque potentes
Et mendicus erit qui modo diues erat.
Velatos habet illa oculos: & marmore duro
Surdior auertit ferrea corda prece
Quin amor machidi multos uariosque labores,

Quos dederit tacita mente reuoluo mea.
Illa quidem doluit nimium placuisse tonanti:
Dum uideret errores longius ire suos.
Sed ueniant quæcunq; iubent crudelia fata
Non sola infœlix/non ero prima reor.
At te per nostros oro tua uulnera uultus
Per formam quæso te philochryse meam:
Perq; tuas flāmas/per tela cupidinis oro:
Perq; fidem supplex & per utrunq; caput.
Colloquio maius ne/quid philochryse petatur:
Qum tandem admittet unus utrunq; locus.
Nam si qđ lædat mentem philochryse pudicam
Feceris: ex oculis discutiere meis
Qđq; olim stygio fertur uenisse tyranno
Qum peteret magni septra tremenda iouis.
Eueniet (mihi crede) tibi non iusta petenti:
Et si forte mei turpis amator eris
Ille quidem infernas doluit delapsus ad umbras
Sic tua de nostro nomina corde fluent:
Nunc dictis aduerte animum carissime nostris:
Vt fias uoti compos amice tui:
Est uetus & multos utinam mihi uiuat in annos
Mater: quæ diuum uisere templa solet.
Qumq; uir egreditur curarum pondere pressus:
Vicina hæc sola templa subire solet.

...s ubi nox aderit furtis & amica tenebra
Confuge ueloci sub mea tecta pede:
Hic latitans, aurora diem dum proxima reddat
Egressum matris perspiciasq; uiri:
Inde subi thalamos tandem carissime nostros
Hic adero dictis ipsa benigna tuis.

Philochrysus Chryseæ.

Excusat hac epistola se philochrysus: q in domũ ab amica admissus, nihil prope loqui ausus fuerit petitq; denuo admitti.

h Aec iactura solet miseros ostẽdere amãtes
Vt soli ualeant mitia uerba loqui:
Vt lachryment, orẽtq; piis quãcũq; q̃relis,
Vt credant uerbis rumpere saxa suis.
At simul optatæ uultus spectatur amice:
Vt ne quid minimum dicere lingua queat.
Quare non falsus uideat nec uilis amator:
Si tacuit laudes lingua sopita tuas.
Qum stetit ante tuos mundi lux inclyta uũltus:
Dum mihi quesitum fata dedere diem:
Namq; ubi fulgentes oculos duo sidera uidi
Lætitia sermo fugit & ingenium.
At nisi quem dederit sanet mea lingua dolorem
Illa dabit pœnas quas philomena dedit.

O me fœlicem: tantam cui uisere formam
Contigit: o uotis fata benigna meis.
O fœlix gremium: capitis qđ pondera grata
Sustinuit: cordi munera magna meo.
Fœlix cui licuit quōdam contingere dextra
Collum uel lacte/candidiusue niue.
At ueluti dum poma uidet uicinaq; & undas
Tantalus infœlix irrita uota subit:
Proxima namq; illis/dum sædulus admouet ora.
Diffugiunt: tanto sed magis ille cupit.
Sic dum clara meis hæsit tua forma lacertis
Adiecit primis ignibus illa faces.
Cur ego tunc silui? cur non sum fatus amores?
Cur tacuit flāmas languida lingua meas?
Scilicet historia si quis spacietur in ampla
Noscet: cur metuens tunc mihi lingua foret.
Namq; mihi similes multos inuenerit ille.
Qui ueneris timidi prelia prima gerant.
Sed ne longa sequar multorum exempla uirorum:
Pasyphe: hoc fuerit cōmemoranda loco:
Illa quidem misero tauri dum languet amore
Conatur domino posse placere suo
Ergo offert teneras magna formidine tauro
Herbas & metuit quem cupit esse suum
At tu quæ nostrum nouisti diua timorem

Quem uerecundus amor, & pudor ipse facit
Da gratas & adire domos, uultusq; uidere
Diuinos liceat & mihi pauca loqui.
Daq; iterum tantum misero mihi munus amanti:
Vt teneat dextram dextra decora meam.
At q; diua tuos potui contingere uultus:
Quæ tibi pro tanto munere dona feram?
Spiritus iste tuus fuerit dum uita manebit:
Et corpus fuerit nympha decora tuum:
Tu cordis magna mei tu spesq; salusq;
Deniq; tu magni numinis instar eris.
Hæc fateor meritis non esse æqualia magnis:
Sed tamen admittunt uillia tura dei

Chrysea Philochryso.

Hac epistola suos ardores chrysea aperit & petitioni philochrysi se obsequturam pollicetur: dũmodo habeatur utriusq; honoris ratio.

e St mollis philochryse meas iã flãma medullas
Iãq; cupido ferox pectora casta p̃mit
Nam q̃uis ante hac moriens trãsiret amator:
Nemo meam subiit me prohibente domum.
Verba nec a misero cuiq̃ uenientia corde:
Ante meos licuit dicere blanda pedes.

Si qua fides philochryſe meo debetur amori:
Iuro me ueneris non timuiſſe faces:
Quóq; amor impeteret celeri mea pectora telo:
Non potuit uires debilitare meas.
Me nunc ille tenet: tantoq; potentior urit:
Quo me illi ſeruam tardior hora facit.
Non ſecus ac clypeus teli quoq; cœperit ictum
Durior: hic multo firmior eſſe ſolet.
Exurit tua forma meum pulcherrime pectus
Exurit facies me tua pulchra nimis
Mite tibi ingenium eſt ualideq; in corpore uires.
Quicquid & eſt pulchri tu philochryſe tenes.
Ergo addes in medio ſemper belliſſime corde:
Et mihi delitiæ tu mihi numen addes
Ecce tuo arbitrio poſſis mea flectere corda:
Ipſe iube imperium nam ſequar ipſa tuum.
Ancillam me crede tuam: mihi nulla laborem
Ferre queant animo grata futura tuo.
Et quoniam ſermonis aues tibi munera noſtri
Vt poſſis lachrymas ſignificare tuas:
Qũ uacat intra ædes iuuenũ pulcherrime noſtras:
Vt referat gratos lingua beata ſonos.
Sed cura philochryſe meam famamq; tuamq;:
Et fac ne noſtro fumus ab igne uolet.
Raro & enim noto fœlix præſtatur amori

Exitus admoneant nos aliena mala
Namq; palam dum miles amat noua stulta puella:
Clauditur aduro claue seraq; patre.
At tu quo toto nihil est prudentius orbe:
Omnia non uno tempore agenda putes:
Expecta philochryse diem qui luce benigna
Fulgeat, & nobis tempora tuta ferat.
Ille dies omni fuerit mihi carior auro:
Quo dabitur uultus cernere posse tuos.

Philochrysus Chryseæ.

Occupatur hac epistola philochrysus in confirmanda chryseæ beniuolentia: deinde quærens q matris chryseæ aduentu, colloquio prohibitus esset petit: ut in domum tertio recipiatur.

I uariæ atq; nouæ stimulãt mea pectora cũ/
S Desine mirari nympha decora p̄cor. (ræ
Nec temne assiduasq; p̄ces, repetitaq; uota
O, spes, o, uitæ firma columna meæ.
Nam quõ sola meo placeas pulcherrima cordi:
Te solam uotis nocte dieq; peto.
Cogito, te uideo: dico lego, somnio solam.
Et post te semper tu tamen ipsa uenis:
Qd'q; olim magno memoratur ab hercule factũ

Vellem non solita ducere pena manu.
Atq; puellares inter mihi uiuere coetus
Dulce foret: dominæ dum modo iussa sequar
Ille quidem tellis & fului pelle leonis
Deposita/dominæ subiuga colla dedit.
Nec rubuit uirides digitis aptare smaragdos/
Quos iole misero munera magna dedit.
Quæq; manus uictrix anteum miserat orco
Quæq; repugnantem traxerat inde canem.
Quid non possit amor/nostræ spes unica uitæ?
Traxit amans dominæ mollia fila suæ.
Ergo sola meum retines pulcherrima pectus
Et tuus hic semper spiritus omnis erit:
Ac ueluti qum diua tuos mihi cernere uultus:
Non datur & lachrymas posse referre meas:
Vrou & immensos animo pertracto dolores:
Et refero uerbis uulnera sæua piis.
Sic ubi te claro fulgentem lumine cerno.
Obstupeo/timeo pallor & ora terret
Nec tantum perferre queũt mea lumina lucis
Quantum diuino prodit ab ore tuo.
O fortuna nouis gaudens durissima rebus/
Cur me fœlicem non sinis esse diu?
Munera magna mihi fateor fortuna dedisti/
Heu sed q̃ celeri preteriere pede?

Vt ueni tu uultus uidi mea nympha decoros:
Me rediens mater iussit abire tua.
At si mitis amor/tua si clementia rursus
Donarit fidei munera tanta meæ:
Ignauumq; metum dubio de pectore ponam:
Integroq; tegent me tua tecta die.
At mihi non crudelis amor/sed iam pius esto:
Quo duce iam facta es:mitior ipsa mihi.
Quiq; adamantina iunxit nos ecce cathena
Frangere quam nulla tempora posse putem
At citherea suo uultu letissima nato/
Gratatur:q nos urimur igne pari.

Chrysea Philochryso.

Hac epistola chrysea amoris ĩpatiẽs supplex phi lochrysum orat ut ad se se continuo ueniat ianuæq; imperat:ut illo ueniente pateat.

o Mnẽ iussit amor dubio de corde pudorem
Pellere:& audaci cuncta subire manu:
Vsq; adeo sæuos uideo philochryse dolo(res:
Te semp miseris solicitare modis:
Et me blanda mouent:quæ uexit epistola uerba:
Ne quid amẽ uotis opposuisse tuis.
(Crede mihi) maior non ẽ philochryse uoluptas

Q uã dulces uultus uiſere ſæpe tuos:
Et pariter blandas audire/& reddere uoces
Id quod(ni fallor)te quoq; amice iuuat
Nam quæ prima dedit mihi te philochryſe uidẽdũ:
Tradidit illa tibi pectora noſtra dies
Dumq; reget miſeros uitalis ſpiritus artus,
Semper ero uotis obſequioſa tuis:
O me fœlicem:tanti cui dantur amores:
O mihi q̃ eſt fœlix/q̃ mihi dulcis amor!
Nunc eadem me flãma urit:quã regia ditis
Senſit dum cereris:pignora pulchra tulit.
Q uæ cœlum/tractuſq; maris/terraſq; iacentes
Imperio cogit ſubdere colla ſuo.
In me amor antiquas iam tandem ulciſcitur iras:
Stulta q; irriſi fortia tela dei.
Q um ferres noſtram(memini)ſuper æthera forma
Stulta dabas animo gaudia ſæpe meo.
Q uerebamq; manu gratos ornare capillos
Et fieri multo gratior arte tibi
O q̃ ſæpe tuas curaui accendere flãmas:
Subieciq; tuis ignibus ipſa faces.
Pœnitet heu miſerum ſtulte ſtimulaſſe furorem:
Q ui nunc o ſuperi cogit utrunq; mori
Ergo age ſi quid opem tanto pſtare dolori:
Nouiſti in medium iam philochryſe feras:

Si fuerim uel certa mori tua iussa facessam:
Nec fuerint tanti delphica iussa mihi.
Ianua nostra tuos cernet lætissima uultus:
Excipietq; tuos illa benigna pedes.
Ianua qum ueniet nostri pars maxima cordis:
Q um ueniet uita carior ille mea:
Da facilem reclusa uiam ne cardo reclamet:
Nec famæ obsistat clauis iniqua meæ.

Philochrysus Chryseæ.

Q ueritur hac epistola Philochrysus quod amica uultum a se auerterit, quodq; nouo amore corripiatur: oratq; ut animi sententiam litteris declaret, promittens si destituitur se continuo moriturum.

I querar: es nostræ iustissima causa querelæ
s Nec satis est sceleri nostra querela tuo.
O superi tantos quis possit ferre labores?
Q ui tantis ualeat casibus esse satis?
Q um somnos inimica mihi nox atra dedisset:
Strauerunt animum somnia sæua meum:
Obscuris errare locis, nigraq; uidebar
Veste tegi lachrymans astraq; sæua uocans
Ipsa uidebaris nostro gaudere dolore:
Et risu lachrymas spernere posse meas.

Ast ego suspirans mæstos auertere uultus
De q; tua lugens impietate queri
Nec secus ex oculis fugiebas impia nostris:
Quam miser & pauitans hostis ab hoste fugit.
Nec tam læta fuit/redeunti casta marito
Penelope/q̃ tunc mens tibi læta fuit.
Atq; ubi terrificos abieci ex pectore somnos:
Eripui/e/molli corpora lassa toro.
Credulus & nimium mendacia somnia dixi:
Illa sed hei misero uera fuere nimis.
Deniq; dum quæro tota te sedulus urbe:
Inuenio lætos te celebrare coros.
Hic ego tum notos longo mihi tempore uultus
Suspitio & misero pallor in ore sedet.
Hei mihi quod uidi quod me lachrymare coegit
Vix credo tantus me tibi iungit amor.
A me crudelis potuisti auertere uultus:
Ac si nescires quis meus esset amor.
Ac si flamma meum q̃ torquet pexima pectus
Non foret heu longo tempore nota tibi.
Forsitam alter erat nostro prelatus amori.
In quem tunc unum lumina fixa forent.
In mensis quicunq; solet confidere rebus
Crædulus/atq; animo gaudia uana capit.
Ille meo poterit uiuendi discere leges

Exemplo:& uitæ consuluisse suæ:
Liber eram (memini) nulli subiectus amori:
Q uum cœpi imperio subdere colla tuo.
Et mea promissis rapuisti pectora magnis.
Dum fidam meritis te fore credo meis.
Adde ꝙ est longe damno mihi durius omni
A domina spernor pellor & ipse mea
At si uera meum uersat sententia pectus:
V t seruum possis destituisse tuum.
Tu quascunqꝫ feras crudeli pectore uinces
Impia tu fueris impietate magis.
Q uo promissa fides? quo numina sancta deoꝝ?
Q uo fictæ lachrymæ nunc abiere tuæ?
Ast ubi nunc promissus amor? blandissima uerba?
Nunc ubi sunt fidei debita dona meæ?
Tu mihi iurasti nostros uix morte resolui
Posse animos:uiuis non memor ipsa mei
Tanta ne crudelem cœpisse obliuio mentem?
Et sanctam potuit sic uiolasse fidem?
Vt qua lege tibi miserum me perfida quondam
Iunxisti/hac alium non tibi iungat amor
Si linquendus eram cur me scælerata uocabas?
Cur mihi spem semper mitia uerba dabant?
Aut cur te seruam fecisti perfida meqꝫ
Libera quo modo posses durior esse mihi?
Tam cito iuratosqꝫ deos/& uincula dextræ

Veloces uenti diripuisse quærunt:
Cur uos æolium metuentia flāmina sceptrum
Cogitis heu uestra me feritate mori?
At si quæ fido seruantur pectore nunq̄
Diripitis: tanti quæ mihi causa mali?
Ah nostros interdum ignes scelerata memento
Quā fuerim formæ deditus usq; tuæ
Siq; amor iste nouus non te mihi sustulit omnem
Vel minimum fidei sis memor oro meæ.
Et te per superos & per mea uulnera quæso:
Quæ mihi sæua tua facta fuere manu.
Vt tibi si quis amor miserum me subtrahit, illud
Nunciet, a digitis charta notata tuis
Hoc &.n.ad miseras tandem si uenerit aures
Me soluet tantis atropos ipsa malis.

Chrysea Philochryso.

Hac epistola Chrysea q̄ fuerit atq; sit Philochryso fidelis ostēdit ꝓbatq; exēplis plurimis uxores eē fidas amatoribꝰ: deniq; ei supplicat ut clemētior fiat

Am phœbꝰ radios post lōgos deniq; cursus
i Abdiderat: lucemq; astra minora dabant:
Qū mihi fida comes curaꝝ ancilla meaꝝ,
Carmina flagranti plena dolore dedit.

O quantum miseri tribuerunt illa furoris?
Q um legi fraudes te timuisse meas:
Q uæ tibi quippe magis q̃ charo fida marito
V sq; fui : uita quo mihi grata minus.
Nec scio quid miseræ possit iam ferre salutem:
Q uæ bona sit tanto iam medicina malo.
Aut mors facta manu:cura me soluet ab ista:
Aut causam uitæ/mitior ipse dabis.
At si hominum curas & quicquid pectore uiuit/
Fata iubent:fata sunt inimica mihi.
Q uæ tibi suspectam quæ me finxere nocentem:
Q uæ fœdare meam non timuere fidem/
Sin quæcunq; libent mortales pectore uersant.
Non mihi uel merito iam reus esse potes:
Supplex ipsa tuæ fontem pietatis adoro:
Et quæso lachrymans.iam miserere mei.
Non decet insontem pœnas sentire nocentis:
Et facilem ueniam crimina falsa petunt.
Q uid feci infœlix/aut quo te crimine læsi?
Q uid nisi ꝙ nimius me tibi iunxit amor:
Q uæ mihi cura fuit?quæ cordis uota fuerunt?
Nil nisi ut ipse mihi uita salusq; fores:
Et mihi uel primus/uel solus ut ipse placeres:
Inq; tuo arbitrio pectora nostra forent:
At si forte humilis magno tibi serua placere

Non possum/meritis fœmina parua tuis:
Non ego sed fati facit inclæmentia nostra:
Vt peream magno serua pusilla deo.
Atqui magnanimum decet hæc clæmentia pectus:
Vt capias miti munera parua manu.
Nec genus/& pro auos/& priscæ stemmata gentis:
Et formam quæras/sed philochryse fidem:
Sed neq; tu stulti sequeris uestigia uulgi:
Iudice quo uerus non meus esset amor.
Quæ fuerit cuiq̃ uinclo sociata iugali
Posse alium uere uulgus amare negat.
At qui phædra furens & amore oblita maritum:
Hyppolitum misero fertur amasse modo.
Et faber ille iouis uenerem sibi fœdere lecti
Iunxerat at quotiens hunc dea lusit amans?
Mercurium certe misero dilexit amore
Tempore quo nullus hermo froditus erat
Ignibus ex illis complexu natus ab illo
(Si qua fides dictis) fœmina uirq; fuit:
Hæc eadem æneam troiano enixa parente
Connubii certe fœdera rupit amans.
Liquit & antiquum paridem sectata maritum
Tindaris: atq; uirum non nisi uicta redit.
Quin & pasiphæ niueum pulcherrima taurum
(O scelus infandum) minois uxor amat.

Deniq; phœbæus quom toto luceat orbi
  Splendor non uario fit minor ille loco.
Si tibi nil unq̄ fraudis philochryse tetendi
  Et si fida tibi tempus in omne fui
Cur me discrutias cur me sæuissime perdis?
  Cur infers miseræ uulnera tanta mihi?
Quicquid ago infœlix: quicquid ue miserima dico
  Quicquid mens agitat te philochryse petit
Nec satis ulla meo possunt præconia cordi
  Esse: quibus semper te super astra fero,
At si forte meos cæca ignorantia uisus
  Tunc uetuit uultus noscere posse tuos:
Pacem oro/ueniamq; precor/ tu parce roganti,
  Nec sint tam miseræ ferrea corda mihi.
Ipsa dabo sæuas pro stulto crimine pœnas:
  Et sum dum libeat sponte parata mori.
Tantum oro/ne crede nouis me exurere flammis:
  Et te nunc animo deposuisse meo:
Quod si forte neges nostro crudelis amori:
  Me uiuet nulla fœmina mæsta magis.
Nam nec par fuerit tam sæuo ariadne dolori:
  Dum theseus uentis uela fidemq; dedit:
Et minus hesonides medæam leserat olim
  Phyllida demophoon/& paris oenonem.
Nec tantum dominæ curarum tradidit olim

Obrutus insanis forte leander aquis.
Ve mihi iam miseræ quantum furor iste ministrat:
Qui tenet heu mentem iam philochryse tuam.
Nemo mihi inachidosq; fugam / sæuosq; dolores
Narret: nam grauius me mea cura premit.
Pertulit illa graues iussu iunonis iniquæ
Pœnas / & longo tempore uacca fuit.
Sed pater omnipotens miseram miseratus amicam:
Ingemuit tantis non semel hercle malis:
Iussit & in primam rursus transire figuram:
Deniq; & ægypti sceptra tenere dedit
At tu crudelis miseros augere dolores
Niteris: & cogis me philochryse mori
At mihi si faueas / uel sis non durus amanti:
Ipsa mihi uidear lætior esse deis
Quod si te lachrymæ non possunt flectere nostræ:
Saltem sint miseræ mitia fata mihi /
Vtq; olim daphneq; fugax / cynaræq; scelesta
Filia / crudeles non habuere deos.
Illa quidem uiridis facta est timidissima laurus:
Hæc semper clari nominis arbor erit.
Sic mihi dum miseræ fuerint fastidia uitæ
Transeat in formam spiritus iste nouam.
Ne cogar duro constringere colla capistro:
Aut referent pectus tela cruenta meum.

19

O spes, o miseri quondam solatia cordis:
  Quid sine te prosint fata benigna mihi?
Ah tandem miserare meas lachrymasq; pcesq;:
  Et flectant gemitus pectora saeua mei:
Inuideo cissei tuo miseranda dolori
  Quae facta es tandem post mala tanta canis:
O si qua est coelo pietas pia numina quaeso,
  Soluite me tantis numina sancta malis:
Flectite crudelem philochrysi numina mentem:
  Aut herebi tenebras detur adire mihi.
Illum durus amor miserae mihi tradidit ensem:
  Quo dido morti pectora moesta dedit:
Qum uidit lybicis troianum abscedere terris.
  Quem misera hospitio coeperat atq; toro.
Sed timeo minimum ne mors mea ledat amorem:
  Si quis in irato pectore uiuit amor
At tu ni properes tanto succurrere morbo
  Infernas subita morte uidebo domos

Philochrysus Chryseae.

Philochrysus hac epistola dicit se non habere fallaciis chryseae mēdaciis fidem: atrocissimasq; ei ultiones minitatur.

n E tempta blandis miserꝝ me fallere uerbis:

Nec uitæ insidias impia tende meæ:
Et quod fraude tua fecisti pessima uulnus
Ne simula ficta uelle leuare manu.
Iudice me stultus fuerit similisqꝫ furenti
Qui potis est hosti prorsus habere fidem.
Non mihi pelides/nec sum tibi telephus una
Sanare ut possis atqꝫ ferire manu.
Vulnera sunt misero nimis heu crudelia cordi:
Quæ sanent longa pharmaca nulla die.
At mors ex herebi nigris accita tenebris
Tantum oneris medica sola leuabit ope.
Non ego fallaces uxorum (ut fingis) amores
Arbitror exemplis creditur atqꝫ tuis.
Nouimus hippolyto phedræ quid fecerit ignis:
Dum patris thalamos ledere posse negat
Et schenobæa furens quæ casto bellorophonti
Fecerit hæc proci regis & uxor erat.
Adde clytemnestram quæ sæuo accensa furore/
Sustulit ægysto dura iubente uirum.
Non doleo ꝙ ames certe chrysea maritum:
Sed ꝙ te nimium iam nouus urat amor.
At cuicunqꝫ tuum dederis stultissima pectus:
Crede mihi pœnas tu dabis ipsa graues.
Non omnes sapienter amant: chrysea fidelem
Tam nullum inuenias; q̄ miser ipse fui:

Fitan alter erit, uestros qui uulget amores:
Et notos ignes gaudeat esse suos.
Garrulus & socio qui facta, infectaq; narret:
Et mõstret digito quæ sit amica sua.
Vnde breui fias stulti notissima uulgi
Fabula: quæ nulla sit peritura die.
At tibi q̃ fuerim nouisti perfida semper
Fidus: quom fueris semper acerba mihi.
Ipse tuam nullo fœdaui crimine famam:
Cõmunisq; fui semper honoris amans.
Nec si de nostro labentur pectore uultus:
Qui misero quondam numinis instar erant
Ipse ero perfidiæ culpandus crimine turpi:
Perfida perfidiam nam meruisse potes.
Fœdera qui uiolat nullo sit fœdere tutus
Si quid uel leges, iurave sancta ualent:
Mille tibi fraudes, tendam tibi retia mille:
Ne fugias nostras, o, scælerata manus.
Et duce me fidum quid sit contemnere amorem
Disces: & nullos fallere fraude uiros:
At si fallendi nota tibi sæpius arte
Vitabis nostra spicula torta manu.
Ipse licambæo componam tincta ueneno.
Carmina: criminibus non leuiora tuis.
His ego fallacesq; dolos & crimina dicam:

Et quæ non fuerint crimina ficta canam
Hæc tela/hos ictus nulla diffugeris arte/
Cognoscentq; tuum sæcula cuncta scælus:
Casta licet semper uenturo tempore uiuas
Nec te siluatum sit dea casta magis:
Te fugient matresq; graues/timidæq; puellæ:
Et uiduæ atq; suo fœmina fida uiro.
Sed neq; te meretrix/nec leno turpis amabit:
Te cupiet comitem nullus habere sibi:
Iuro per ardentes flammas/perq; impia tela
Quæ mihi tam magni causa fuere mali:
Vlturum fraudes/quæ me fecere furentem
Exemplo ut fallat fœmina nulla tuo.

Chrysea Philochryso

Hortatur hac epistola philochrysum chrysea ut desinat se pfidie noie suspectã hẽre qui eũdẽ sibi eẽ carissimũ oñdit etiã dũ falsa crimina confingit.

p Elle graues tãdẽ generoso e pectore curas
Atq; meã nolis insimulare fidem
Suspicio est animo semp lætale uenenum
Semper & est omnis hæc inimica boni:
Labe solet minima crebro uilescere gemma
Quãuis nil illa pulchrius esse queat

21.

Sic omnes animi perimit laudesq; decusq;
    Suspitio, cunctas diffugienda modis.
Hæc tacito latitans semperq; in pectore uiuens
    Semper amat curas sæua dedisse nouas.
Ast ubi se se offert tandem frons candida ueri:
    Illa insperato mæsta dolore perit
Vtq; placet domino sonipes mandata facessens
    Qui cursum & nullo uerbere iusus auet:
Sic tibi ni fias fido crudelis amori:
    Me nulla esse magis fœmina grata potest.
Quippe tuos ignes animo complexa fideli
    Audiui facilis uota precesq; tuas.
Quæ tibi grata forent ultro sæpe ipsa petiui:
    Dum cuperem cordi posse placere tuo.
Et q̄q̄ sæuusq; dolor lachrymæq; fluentes,
    Nunc prebent animo gaudia magna tuo.
Grata tua est adeo nobis philochryse uoluptas.
    Vt læter nostris posse placere malis:
Si philochryse tuo sedet hæc sententia cordi:
    Vrgeat æternus pectora nostra dolor.
At si me duro lanies philochryse dolore
    Qua tibi fida magis fœmina nulla fuit
Qum furor iste ierit tandem de pectore dices
    Chrysæam in tantis pœnitet esse malis.
Nulla fuit, fuerit ue unquā tam fida marito

Quã misera ipsa fui, q̃ tibi semper ero.
Præterea nullus (fuerit uel iupiter ipse)
Confidat cordi posse placere meo:
At si nemo potest unq̃ sine uiuere corde:
Qua spe uita tibi longior esse queat?
Qui tua corda mihi carissima dona dedisti:
Tunc quoq; ni mendax, tunc nisi falsus eras:
In quas me lachrymas, i quæ suspiria misit
Heu nimis irata littera scripta manu?
Quã fortuna tibi stulte confidimus omnes?
Quã sunt fallaces quos facis ipsa ioci?
Te duce fœlicem modo me rota summa tenebat:
Inq; dies nobis commoda plura dabas
At nunc infœlix partes deuoluor ad imas:
Et mihi nil leto gratius esse potest.
O philochryse mei crudelia uulnera cordis:
Crudelis nostri non memor esse potes?
Ast ubi nunc lachrymæ quæ me rapuere tenentq;?
Nunc ubi sunt linguæ dulcia uerba tuæ?
Me miseram quæ flamma tibi persuasit amorem:
Hæc eadem iratum te facit esse mihi.
Arbitror: & magni clara est mihi causa trmoris:
Ne me despecta: te nouus ignis edat.
Forsitan his undis ardorem extinguere nostrum
Niteris: & uulnns posse leuare meum:

Atqui me miseram tanto ferũentior urit:
  Quo magis hunc nostro corde fugasse putas.
Heu modo q̃ fallax fuerit clementia noui.
  Quæ uultu enituit tunc philochryse tuo.
Non illa ex imo prodibat pectore fallax:
  Atqui ut me caperes tunc puto mitis eras.
At quæcunq; meos rapuit crudelis amores:
  Quid possit læsus experietur amor.
Illam ego sublatoq; metu/positoq; pudore
  Vultus ante furens dilaniabo tuos
Nulla erit in facie multi non plena cruoris
  Pars:uellam tumidas dente uel ungue genas:
Posthabitis tamen his/ ueniam/ pacemq; precati
  Est animus:clemens sis philochryse mihi.
Et quoniam sic poscit amor/pietasq; requirit:
  Ne fidum pectus destituisse queas.
Te supplex philochryse meum iam numen adoro:
  Insontis quæso iam miserere mei.
Inq; domum nostri/quæ sola est testis amoris
  Captato ut quondam tempore quæso ueni:
Vt ualeas nostri quæ sit sententia cordis
  Noscere/dum tecum dulcia uerba/loquar:
Te tamen interea nostro de pectore lapsum
  Ne crede/o/misere uitaq; morsq; mihi.
Nam prius esse ferox mollet si cana charybdis

Tinget, & oceano mennalis ursa caput:
Ante dabit nullas unquā nox atra tenebras,
Maturas segetes proferet unda maris,
Quam præferre tuo quenq̄ possimus amori
Vsq; adeo solido iungor amore tibi.

Philochrysus Chryseæ.

Recōciliatur hac epistola chryseæ philochrysus:
& eidem promittit imortalis et beniuolētia et fides.

Eniuit chrysea graues pulcherrima curas:
I Quam legi blanda littera plena prece:
Nā licet ira furens nostros nō læserit ignes
Nunc tamen elapso tempore peius amo.
Iras iussit amor nostro depellere corde:
Vt redeam supplex & mihi iussit amor.
Ergo semper eris nostri pars maxima cordis:
Inq; dies grata es tu mihi sola magis.
Cætera de nostro discedat fœmina corde:
Namq; ego te solam non patienter amo.
Quas misero iratus celabam pectore flāmas:
Heu cogor miseris nunc aperire modis
Et qui tectus erat nimium nunc æstuat ignis.
Vrimur: & sæuum pectora uulnus habet.
Temptaui quotiens subeunti obstare furori:

Pectoribus miseris sæuior hesit amor.
Ergo ne [illegible]ma/nec tanto queso dolore
Excrutia pectus nympha decora tuum
Istæ me lachrymæ cogunt chrysea perire:
Atq; tuus certe me necat iste dolor.
Nempe tuus philochrysus erit dum uita manebit:
Atq; tuum numen tempus in omne colet.

Chrysea Philochryso.

Agit philochryso pro re cõciliata beniuolẽtia magnas chrysea gratias: seq; illius beneficio beatã dicit

d Vm uenus ingeminat flagranti in pectore uires
Res alias animo dum fugat illa meo:
Has inquit sedes nulli concedito nostras:
Hic amor hic pietas/hic erit ignis edax.
Ast unus philochrysus erit qui munere nostro
Hæc tecta optatus/sæpe subire queat.
Hinc est: ut longo si sis mihi tempore sæuus:
Destituat corpus spiritus iste meum
Ac ueluti assuetis nunquam langore teneri:
Quisquis adest morbus durior esse solet:
Sic tu quo fueras misere mihi mitior olim:
Hoc mihi uisa tua est ira dolenda magis

Qui nunq̃ placidæ fortunæ munera nouit
Hic leuiore animo pessima quæq; ferat.
Medeam esonius qum non dum falleret heros:
Lætata est patrios destituisse lares
Ast ubi se linqui flammis/& amore creusæ/
Infœlix misero pectore forte uidet:
Scilicet infaustum sibi tunc cognouit amorem:
Et quæsta est miseris illa relicta modis.
Sic tua me fecit mitis clementia condam
Fœlicem & miseram reddidit inde furor
At modo q̄ nostros iuuenum mitissime casus
Respicis:& solitam pietate foues.
Quas philochyse tibi tanto pro munere grates?
Quæ reddam meritis congrua dona tuis?
Nam neq; fortunas/nec me tibi tradere possum
Qui dominus cordis solus habere mei.
Dii tibi dent fido(siquid debetur amori)
Quicquid habent læti sæcula nostra boni:
Dii tibi dent ullos nunquam sentire dolores:
Dii tibi dent quicquid deniq; habere uelis.

Philochrysus Chryseæ.

Significat hac epistola philochrysus chryseæ patris imperio se nauigaturum ad urbem/& eandem orat ut tantisper dum aberit nullius preterq̃ sui amore teneatur.

Vo me fata uocăt: quo me fata ĩpia pellunt 24
O superi tantum iam prohibete nephas.
Chrysea o miseri pars ingentissima cordis:
Quæ nos tam miseros causa nephanda facit?
Infœlix anima, o, tantis afflicta sagitis:
Quando erit: ut tantis eripiare malis?
Penna cadit manibus, tantos scriptura dolores,
Et mens a misero pectore tristis abit.
Sed quodcũq; iubent crudelia fata ferendum est
Non ego nam tanti criminis auctor ero.
Romanam cogor concedere mestus in urbem:
Illic heu multos cogor & esse dies.
Nec fas imperio miserum me abducere tanto,
Impius est nobis qui iubet ista pater.
Quod tamen imperium, si nostros sciret amores:
Auderem facili posse mouere manu.
At nulli tutum est fidei cõmittere magna
Quod cupis arcanum, te duce nemo sciat.
Ibo ergo: & longo prohibebor tempore uultus,
Heu nimis infœlix cernere posse tuos.
Scilicet hinc habeo: nec te mea lumina cernent:
Tu tamen in nostro pectore semper eris.
Hospes eris miseri semper gratissima cordis:
Atq; animo uultus usq; uidebo tuos.
Tantum oro miseras depone e pectore curas:

Et me presentem fingito sæpe tibi
Et cura ut nostrum non ledat tempus amorem
Nec mihi te surgens auferat ullus amor.
Nam te nullus amor nostro de pectore pellet:
Atq; placere mihi nulla puella queat.
Ergo uale & nostrum teneas sub pectore nomen:
Id quod poscit amor/& mea summa fides.

Chrysea Philochryso.

Nititur hac epistola a nauigandi sententia philochrysũ reuocarẽ aut certe ĩpetrare ut discessus differat

d Esine fessa meas lachrymas abstergere dextra.
Nec sicca humentes sedula dextra genas.
Nam mihi nulla quies posthac mihi gaudia nulla
Et uita fuerit mors mihi grata magis:
Me miseram philochryse potes crudelis abire?
Cur me destituis uita/salusq; mea?
Tu tigrides/sæuosq; potes superare leones:
Vincere duricia marmora dura potes.
Nulla tuo pietas nulla est clementia cordi.
Si me destituis iam philochryse tuam:
Accipe me comitem simul & tendamus in urbem
Pro te perfacile est destituisse uirum

Aut si ma[illegible]nimum metuis fortasse maritum:
Saltem contemnas impia iussa patris.
Heu heu me miseram, quãto fœlicior essem:
Si quo u[illegible]ti me philochryse die
Quod quondã alphæum fugiens arethusa precãdo
Obtinuit. tandem fons quoq; facta forem.
Forsitan immenso tandem stimulata furore
Demittam ex alta corpora mœsta domo.
Aut certe duro circundata colla capistro,
Excelsis trabibus non leue pondus ero.
Sed superi hanc animam leuiori soluite fato:
Et subita casus morte leuate meos:
Vt redeas tandem dura mihi tardus ab urbe.
Non dabitur uultus cernere posse tuos.
Ante ferar stygias. crudeli funere ad undas:
Quã redeas mortis impia causa meæ.
At si crudelis nostrum contemnis amorem:
Et siccis oculis funera nostra uides:
Respice pleyadas crudelia sydera nautis:
Quæ modo surgentes sæua pericla uehunt.
Respice phœbæos celari nubibus ignes:
Vt fiat medio cæca tenebra die.
Expecta dum phryxi aries gratissima phœbo
Atria det tandem flore decora nouo
Tempore quo zephyri spirantes fortiter euros
E

Depellunt pelago, donaq; multa fe
Et si tunc duro fuerit sententia cordi
Vt me infœlicem destituisse que
Tum demum dubiæ cõmittes corp classi:
Et discam interea uulnera tanta pati.

Chrysea Philochryso.

Queritur hac epistola chrysea q; philochrysus tã longo tempore absit, calamitateq; exposita qua infœlix opprimitur hortatur eundem ad celerem reditum.

i Mpie cur nostros potuisti linquer̃ uultus?
Perfide tu posthac non philochrysus eris.
Cara tibi dicor mendaci nomine sed tu
Næ minimum curas nomina nostra quidem.
Dicebas non posse meo sine uiuere uultu.
Nec sine me paruo uiuere posse die:
Nunc crudelis abes, nec te mea uulnera tangũt:
Atq; nouam dominam pectore forte foues:
Hæccine sancta fides, quam tu mihi sponte dedisti.
Hæccine signa animi sunt philochryse pii?
Quo iurata abiit ueneranda potentia diuum?
Quo fictæ lachrymæ? pallidus arte color?
Quo fugere meo nimium crudelia cordi.

Oſcula quæ uitam corripuere mihi.
Accipe deſertæ quæ ſit crudelis imago:
Vt noris quanti ſis mihi cauſa mali.
Qũ primum oceano clauduntur lumina phœbi:
Pro ſomni lachrymæ proq; quiete dolor.
Sunt mihi pro molli gemitus/ſuſpiria lecto:
Et noctem mortis nomen habere puto:
Nox mihi(q̃ longa eſt)offert tua numina ſemper:
Alloquor atq; deum te philochryſe meum.
Ah quotiens grata miſeram me tangere dextra
Crederis:ah quotiens oſcula grata dare?
Irrita ſed miſeri ſunt deniq; gaudia cordis:
Quando abes hinc uitæ gratia ſola meæ.
Atq; ubi iam ſurgens ſpargit ſua lumina phœbus.
Scilicet a uiduo pallida ſurgo toro.
Et lachrymas abſtergo meas:celoq; dolorem:
Ne uideat durus crimina noſtra pater.
Aut quem dura mihi iunxerunt fata maritum.
Spem uultus/durum pectora uulnus habent.
Interdum & querulæ fugiunt a pectore uoces:
Et fluit in pectus lachryma ſæpe meum:
Quæ lachrymis ſit cauſa furens uult ſcire maritus:
Aſt amor ingenium cõmodat atq; metus.
Non ego fœmineas nimirum excogitato cauſas:
Sed quas non fingat calidus arte ſenex.

Tu linguam tu corda tenes: tu lumina noſtra:
Teqꝫ ſuum retinent pectora noſtra tenent:
Hæc philochryſe fidem & uerum teſtantur amorem
Quã cupiam uultus hæc tibi ſigna tuos.
At philochryſe pio nimium crudelis amori:
Hinc abis: & noſtri non memor eſſe potes?
Quod ſi crudelis ſteterit ſententia duro:
(Crede mihi) gladio pectora mœſta petam.
At ſi forte malo quæris ſuccurere tanto.
Feſtina huc greſſus uertere quæſo tuos:

Precat᷑ chryſæa deos: ut philochryſum mille ſupplicioꝝ gñib⁹ de medio tollãt ꝓpterea ꝙ datã fidẽ pfidiſſimæ ſoluerat: & eidẽ ĩfinita mala ĩprecatur.

Eu quas / o / ſupi colitis nũc obſecro ſedes?
h Aut ſibi quid tãtum numina ueſtra tenet?
Ira ubi nũc ueſtra eſt: totũ q̃ territat orbẽ?
Numina cur aliquis ſpernere ueſtra poteſt?
Nunc ubi formidanda tenes tua fulmina ſumme
Iuppiter an poſcunt ocia tanta manus?
Illa tua uibranda manu nunc hercule duco
In quo nulla tui cura / metuſqꝫ uiget:
Cur tua magne pater philochryſus numina ſpernit
Impune? & ſoluit iura fidemqꝫ datam?

27

…nmensi splendor olympi:
…tra fortia tela tegi?
…philochrysi pectora? qui te
…raudis habere suæ
Et tu fortis … nulla potentia par est:
Qua potis … mente crimina tanta pati?
Cœlicolæq; omnes cur non ostenditis iras?
Illum multiplici tollite morte uirum
Inq; unum terras philochrysum, & uertite cœlum,
Et possunt homines quicquid habere mali.
Illius exemplo discat quicunq; timere
Perfidiæ pœnas, numina sancta precor.
Vos olim leuior grauiores mouit ad iras
Causa: quid, o, superi am mora tanta petit?
Vltio nulla quidem fuerit crudelis habenda:
Quæ fuerit tantum scilicet ulta nefas.
Cur uos, o, superi philochysi crimina lædunt,
Multo q̃ miseræ pectora mœsta minus:
Hoc si forte piis detur contingere uotis.
Nimirum pœnas perferet ille graues.
Scilicet, o, superi diuersa exquirere amantes:
Quodq; bonum fuerat reddere uelle malum.
Ex iis quæ timui quondam male sana periclis
Vnum aliquod subeat quo sit & ipse miser.
Impius ille quidem miseram me lusit amantem:

31

Et me contempta carpitur igne

Hoc precor hoc superi miseræ

Dum fleo/ne lachrymis ride

Lamentatio Chry

Hac ultima epistola lachyma[illegible] hrysea ĩprecať sibi ipsi q̃ plurimas calamitates:d[illegible] ũ se ĩterfecturã continuo promittit:quoniam phil[illegible] hrysum flucti bus obrutum fuisse audiuit.

m E miseram q̃ falsa meas peruenit ad aures
Fama uolans zephyris ocyus atq; noto?
Heu q̃ certa fides rumori est prebita falso?
Vsq; adeo nostros credimus usq; metus.
Ah scelus infandum/ quotiens insana putaui/
Posse alios ignes numen habere meum?
Ah quotiens irata illi discrimina mille
Optaui:& mortis impia mille modos?
Ille sed ob nimium certe miserandus amorem
Dum celeres reditus ad mea uota parat:
Non expectato conscendit tempore classem
Obrutaq; est sæuis naufraga puppis aquis
Forsitan ille meis p̃cibus uotisq; malignis
Crudeles habuit in sua uota deos.
Heu duce me corpus sæuis nunc errat in undis:
Quo nihil in toto pulchrius orbe fuit.

neu iam philochryse marinis
tuum corpus arena tegit
ariæ conuertite uestras
ne: sim is anguibus ipsa cibus.
bubo n ro cane tristia tecto.
da uenturi signa tremenda mali,
ic æternæ stygiæ sint oro tenebræ:
Visere ne lucem lumina nostra queant:
Et fruges mihi terra neget, sit inutilis aer,
Et phœbus semper frigida membra sinat.
Sola maris, terræq; feram discrimina cuncta:
In me unam superi uertite cuncta mala.
Q um cupiam meritas uotis auertere pœnas
Tunc mihi, tunc fiant, impia fata magis.
Ast ego non quæram tantos lenire dolores:
Exoptans uitæ tempora longa meæ:
Hic philochryse dies miseræ pars ultima uitæ
Eripiet tantis pectora mœsta malis.
Q uaq; manu scripta est infœlix littera, iam, iam
Hæc eadem pectus percutit ense meum.

Accipe lector Opusculum lepidũ Bononiæ im-
pressum p Benedictum Hectoris Bonoñ. M IIII D.
octauo Kalendas Ianuarii. ILL. IO. Bentiuolo. II.
P. P. P. fœliciter gubernante.

Esemplare completo, di cc. 32 con nuova numerazione manoscritta, più una guardia anteriore scritta.

Febbraio 1920 L